


B A C differentia longit. B & C 12 gr. 2 min.  
 Ergò datur A C 66 gr. 36 min. cujus  
 Complem. 23 gr. 24 min. est  
 Latitudo Cometæ quæsitæ.

CAPUT XII.

DE LOCO SUPRA DECIMUM  
tertii & quarti diei.

**D**ie 21 Decembris declinans aliquantisper (quasi 5 minutis)  
 à lineâ rectâ, quam constituunt Algol & inferior, incidebat  
 in Eam, quæ educta ex stellâ Persei, fulgentem in latere dextro in-  
 fra proximè sequente, per eam, quæ in cubito sinistro est, conti-  
 nuatur; Assumptâ igitur Longitudine Cometæ 21 gr. 20 min. &  
 Latitudo sic patefcet.

In proposito diagrammate sit



A Polus eclipticæ borealis

B Cometæ longit. 21 gr. 20 min. &

C Stella quæ in cubito sinistro Persei longit. 22 gr.  
50 min. & lat. 26 gr. 4. min. S

D Stella, quæ fulgentem in latere dextro Persei  
proximè infra sequitur longit. 27 gr. 48 min. &  
lat. 27 gr. 59 min. S

Praxis

I. In Triangulo A C D pro A D C *διδομένα* sunt,

A D Complem. lat. Stellæ D 62 gr. 1 min.

A C Complem. lat. Stellæ C 63 gr. 56 min.

C A D Differentia long. C & D 4 gr. 58 min. 30 sec.

Ergò datur A D C 112 gr. 16 min.

II. In Triangulo A B D pro A B dantur

A D Complem. latit. Stellæ D 62 gr. 1 min.

B A D differentia longit. B & D 6 gr. 28 min. 30 sec.

A D B ut A D C 112 gr. 16 min.

Ergo datur A B 64 gr. 31 min.

Cujus complementum ad quadrantem 25 gr. 29 min. ferè  
est Latitudo Cometæ quæsitæ.

Die